Quelle: https://manuscripta.at/?ID=991
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ra. opus fac euangelisti. ministerium tuum impple. sobrius es
to Ego enim iam delibor: et tem
pus resolutionis meae instat
Bonum certamen certaui: cur
sum consummaui fidem seruaui
In reliquo reposita est mihi
corona iustitiae: quam reddet mi
hi dominus in illa die iustus iudex Non
solum autem mihi: sed et his qui
diligunt adventum eius Gradale
Constitues eos principes super
omnem terram memores erunt nominis
tui domine ℣. Pro patribus tuis nati
sunt tibi filii, proterea populi confitebuntur
tibi Gradale Quem praevenisti eum in bene
dictionibus dulcedinis posuisti in
capite eius coronam de lapide pretio
so ℣ Vitam petiit et tribuisti ei lon
gitudinem dierum in saeculum saeculi Gradale
Dominus honorati sunt amici tui
deus nimis confortatus est prin
cipatus eorum ℣ Dinumerabo eos
et super harenam multiplicabuntur
In omnem terram exi Gradale
iuit sonus eorum et in fines orbis ter
re verba eorum ℣ Celi enarrant
gloriam dei et opera manuum eius an
nuntiat firmamentum Gradale Beatus
vir qui timet dominum in mandatis
eius cupit nimis ℣. Potens in
terra erit semen eius generatio
rectorum benedicetur Gradale Os iusti
meditabitur sapienciam et lin
gua eius loquetur iudicium ℣.
Lex dei eius in corde ipsius et non
supplantabuntur gressus eius
Beatus vir qui in Tractus
timet dominum in mandatis eius cupit
nimis ℣ Potens in terra erit se
men eius generatio rectorum benedi
cetur ℣ Gloria et divitiae in do
mo eius et iustitia eius manet
in saeculum saeculi Alla ℣ Non vos
me elegistis sed ego elegi vos et
posui vos ut eatis et fructum affe
ratis et fructus vester maneat Alla
℣. Iam non estis hospites et ad
venae sed estis cives sanctorum et domes
tici dei Alla ℣ Celi enarrant
gloriam dei et opera manuum eius an
nuntiat firmamentum Alla ℣
Domus eorum plena sunt omnis et
santalle ac lampades in medio
illorum ardentes Alla ℣ In omnem
terram exiuit sonus eorum et in fines
orbis terre verba eorum Alla ℣.
Nimis honorati sunt amici tui
deus nimis confortatus est prin
cipatus eorum Sequentia de euangelistis
Plaudite chorus letabundus
hos attollat pro quos mun
do sonat euangelia Hoc quo
cum salus fluxit nox precessit et
illuxit sol illustrans omnia Quem
agens sui gregis pastor bonus
auctor legis quatuor instituit
Quadri orbis ad mirandam
formam uiris et cautelam per
quos sibi voluit Ecce tyr